



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

C [i. e. CI]. An opera laboriosa ad expiationem poenae temporalis recte vel
suscipiantur, vel iniungantur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

QVÆSTIO CI.

*An opera laboriosa pœna temporalis
expianda rectè suscipi sponte, &
iniungi à Sacerdotibus
possint?*

LVTHERVVS in *Affert. art. 5.* Etsi Ecclesia suos puniens manum Dei rectè præuenit; non tamen id pertinet ad Claves soluendi, 2. Melanch. in *Locis de Satisf.* similiter. Ecclesia rectè imponit aliquas mortificationes agentibus pœnitentiam. Mortificatio autem debita est aut dolor in contritione, aut pat. etia sustinens afflictiones. Vt *Dauid* obiurgatus primum expauit vero dolore; deinde calamitates pertulit. *Infra.* Non sunt mortificationes sine mand. 10. Dei accersita corporis lacerationes; sicut *Sacrificuli Baal.* &c. Hæc pertinent ad regulam; Frustra colunt in mandatis hominum. Pugnans istis; Non occides. Item, *Habito honorem corpori.* 3. *Kemnitius* par. 2. Exam. pag. 1079. & *Sufceptas*, & iniunctas pœnas reicit satisfactorias.

AUTOR. I. Rectè *Conc. Trid. Sess. 14. C. 9.* tres modos ponit Satisfactionum: Patientiam flagellorum Dei: Sufceptionem spontaneam pœnarum: Impositionem earum Sacerdotalem. De sponte *sufceptis Iob. vlt. Insipienter locutus sum; idcirco me ipse reprehendo, & ago pœnitentiã in fauilla & cinere. Dauid. 2. Reg. 12. Sponte ieiunauit; humi iacuit, Pl. 68. panem sicut cinerem manducauit, Plal. 101. Achab, 3. Reg. 12. Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Niniuitarum pœnitentia merè spontanea fuit; At salutaris eadem. Ita S. Patres.*

II. Pœnalia opera rectè ab Sacerdotibus imponuntur: Iuxta *Matth. 16. 18. Quæcunque allegaueritis.* &c. scil. ad pœnam æternam cum retenta culpa; aut ad temporalem dimissã culpã; *l. gata erunt; aut soluta.* Par enim potestas Clauium est & in culpas. & pœnas. Ita S. Patres apud *Bell. l. 4. c. 5.*

Ratio fauet. Peccata ante Baptismum, facta sunt in ignorantia, incredulitate, à

caerentibus gratiã: at post eum patrata fiunt sciēter, in fide, in gratia exclusa: ideo omnem cum culpa pœnam tollit Baptismus; non verò semper pœnitentia; vt iustè Minister huius ingratis relapsis pœnam imponat. 2. Coniuncta sunt Misericordia & Iustitia Dei; ideo par est sic ab illa dimitti peccata, vt tamen & huic debitum pendatur. At licet Christi Passio fecerit iatis; par est & nos ei compati; vt sensu peccãtes puniamur eodem, &c.

DICO AD Lutherum; dicit; non docet; nec doceri potest.

AD Melancthonem; Sicut loca probarent eius intentum; iam argueretur *Iob, Dauid, Achab, &c.* Mandata hominũ dicuntur vel contraria Dei mandatis, vel horũ neglectoria; Alioquin obedientia homini præfuta est grata. Et placet Deo pœn. interior. & exterior. Neque hæc est homicidiaria, aut corpori inhonora.

QVÆSTIO CII.

*An Oratio, Ieiunium, Eleemosyna
sint opera Satisfactoria?*

MELANCTHON in *Confess. Aug. &c.* & in *Apolog.* & in *Loco* negat ea esse satisfactoria quod tamen pro his habentur, sic ceremonias nutes, ex humana traditione manantes. II. *KEMNIT.* vs p. 2. Exam. ait esse ea diuinitus mandata; sed ad dies certos, modos, & pœnitentiam appiean superstitiose.

AUTOR. I. Ea non sunt solum Ceremoniã; sed res & utilissimã, & S. Scripturis commendatã sunt, vt ad quã cætera bona opera referantur ab Theologis: *Tum quia* satisfacere Deo debemus per nostra, quod fas, & pote: itaq; de bonis Animi damus Orationem; de Corporis bonis Ieiunium; de fortunã bonis Eleemosynam: *Tum quia* ad tria vitia referuntur omnia, 1. *Ioann. 5.* ideo & remedia sunt tria; Ieiunium, Concupiscentiã

carnis